Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Pœna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

* *Garzias c.40.num.9. Sot.lib.6.q.1.art.2.col. 10.Syl.V.Feudum nume.29.30.Nau.c.17.numer. 217.Tol.lib.5.cap.30.num.6.*

7 Prohibita alienari, poſſunt pignori dari.

8 Expenſæ factæ in pignore neceſſario, vel vtiliter, repeti poſſunt.

* Vide *Syl.l.c.num.13.Nau.l.c.*

9 Agrum à te incultum accipiens in pignus, ſi colat, poſſe fructus non computare in ſortem, quidam aiunt, alij minus probabiliter negant.

* Aiunt} *Sot.lib.6.q.1.art.2.ad 6.*

Negant} *Nau.c.17. nu.216. Mol.d.320.Garzias c.40.nu.8.*tutiorē Nau. ſententiā indicat *Lopez lib.2.c.20.de contract.in fine*, veriorem.

10 Pignus dicitur de re mobili, hypotheca de immobili.

* Vide *Lopez l.c.Fum.l.c.num.1.*

Piſcatio, vide Venatio.

Pœna, vide Ignorantia, Interpretatio, Lex.

1 POEna impoſita ipſo Iure vel facto non incurritur ſine ſententia Iudicis, & executione per ipſum, etiamſi lex dicat non requiri ſententiam, aut declarationem, aut etiam ſoluendam in Foro conſcientiæ, intelligitur enim Iudice exequente; niſi pœna eſſet eiuſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eiuſmodi, quæ ſecum traheret executionem, vt excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, & irregularitas; aut lex dicat: Sit incapax, aut inhabilis (quidam tamen etiam hîc ſententiam requiri aiunt) aut dicat: Non faciat alioqui fructus ſuos; eſt enim conditio quæ ſeruanda eſt, vt quæ ponitur à teſtatore.

An pœna ſit ante ſententiam ſoluenda *Sot. lib. 1. q. 6. Mol. d. 95.*

De pœna legis *Azor. lib. 5. c. 7. Carbo. lib. 8. de legib.*

De pœna conuentionali *Mol. d. 317. Garzias c. 12. Lopez lib. 1. q. 31. de contract.*

* *Sot. l. 1. q. art. 6. concl. 1. c. cum ſecundum de hæret. lib. 6.*

Caſtro de iuſta hær. punit. l. 2. c. 6. & de lege pœn. l. 2. c. 10. poſt Fel. c. 1. de conſtit. probat, bona ante ſententiam fiſco tradenda, quando quis in hæreſim lapſus eſt, ob quam, ipſo iure, bona confiſcantur; contrarium aſſerit *Salon 2. 2. q. 62. art. 3. Mol. d. 95. Azor. lib. 5. c. 7. q. 3. Coua. 4. decret. p. 2. c. 6. § . 8. ex communic. Vide. Nau. c. 25. num. 118.*

Aut etiam} *Couar. l. c. numer. 10. verſ. 3.* at verſi. ſecundo dixerat, non ſufficere declarationem ſine executione: contrarium docet *Syl. Azor. l. c. q. 6.*

Aut etiam ſoluendam} *Coua. l. c.* putat, ſoluendam, ſi lex dicat In foro conſcientiæ. *Mol. l. c.* addit, niſi lex verba addat ſignificantia

pœnam

pœnam ante ſententiam ſoluendam. *ex extra. Ambitioſè.*

Niſi pœna} *Nau.c.23. nu. 67. Sot.l.c.concl.2. Caiet.2.2.q.62.art.3.Coua.l.c.nu.16.verſ. Nemo, Mol.d.96.verſ.Vt verò.*

Sit incapax} *Sot.l.4.q.5.art.1.col.7.*

Teſtatore} *Caſtro de legib.lib.8.d.9.*

Si lex priuet aliquem beneficio ipſo iure aut facto, ob crimen, *Nauar.c.23.67.* ait non requiri Iudicis executionem: at *Couar. l. c. nu.* 8. dicit, non teneri Reum beneficium relinquere ante executionem, ita etiam *Mol.l.c. & Nauar. ipſe de datis, & promiſ. corol.31.nu.41.*

2 Ad pœnam conuentionalem tenetur quis cum petitur: non eſt autem petenda, ſi culpa abeſt, niſi ob intereſſe damni, aut lucri ceſſantis.

* De pœna conuentionali lege citatos ſuperius, *Nau.c.23.nu.67. Couar.l. c.nu. 11. & Mol. d.97.* Quæ pœna iuſtè accipitur, ſi abſit fraus vſuræ, ſcandalumque, & ſi debitor in culpa ſit: ſi pars debiti ſit ſoluta, non eſt tota pœna petenda, niſi obligatio ſit indiuidua. *Mol. d.* 3.17.

3 Quidam putant nullum crimen ſubijci pœnæ iuris, niſi de illo planè conſtet in iudicio, aut alioqui ſit notorium, excepto homicidio, quod etiam occultum irregularem facit: vſus tamen Eccleſiæ repugnat: nam vt colligitur ex Concil. Trid. Epiſcopus diſpen-

ſat

ſat in alijs irregularitatibus ex crimine occulto.

4 Inhabilis ob crimen ad officia, aut beneficia, non ideò priuatur obtentis: nec priuatus obtentis, ideò inhabilis fit ad obtinenda.

5 Pœna præſumenti impoſita requirit dolū. *Vide *Nau.conſ.11.de conſtit.num.3.*

6 Pœnæ promiſſio in matrimonijs, & ſponſalibus non obligat. *Vide de ſponſ.& matrimon.* cap.29.

7 In pœnalibus, & reſtrictione vtendum eſt, & pia interpretatione. *Vide de elect.l.6.ca.23.& de reg.iu.odia, & in pœn.ſcilicet, reg.19.& 49.lib.6.*

*Vide *Nau.conſ.11.de conſt.nu.4.*

8 Pœnæ non extendendæ vltra caſus Iure expreſſos, etiam ſi eadem ratio videatur.

9 Pœnam non incurrit, qui facere non potuit iuſtè impeditus.

*Pœna enim ſupponit culpam, & impoſſibilium nulla eſt obligatio. *de reg.iu.lib.6.vide Syl.verſ Pœna.nu.*18.

10 Regulæ pœnales Cancellariæ, ſecundum quoſdam, ſolum ligant in foro exteriori.

11 A pœna legis humanæ excuſat conſuetudo rationabilis, itemque iuſta credulitas. *Syl. verb.conſuetudo.num.12.*

*Vide *Nau.conſ.23.nu.62. Fum. vers.conſuetudo. nu.3.* ſicut enim lex conſuetudine abrogatur, ſic etiam pœna legis conſuetudine tol-

li poteſt, non ſublata lege, vide *Azor. l.c.18.q.10.ex Innoc. Abb. Ioann. And. Syl. conſuetudo.nu.7.& 11.*

12 Pœna Iuris contra facientem, intelligitur, ſi perficiat opus.

*Vide *Pan.c.1.de eo, quæ mittit in poſſeſ.nu.13.*

13 Per verba futuri temporis in dubio non intelligitur pœna poſita ipſo facto.

*Vid *Pan.in c.fi.de cler.non reſid.nu.6.*

14 Non accuſans aliquem cum teneretur, non debet pœnam, ad quã ille, ſi ipſe accuſaſſet, fuiſſet condemnatus (pœna enim non debetur ante cõdemnationem) etſi quidam aliter ſentiunt.

* Neque qui verum crimen iuſtè interrogatus negauit, tenetur eam pœnam ſubire; quã, explicato crimine, ſubijſſet, *Naua.c.18.nu.49. Lopez p.2.c.9. Salon 2.2.q.62.artic.3.cõtrouerſ.2. Medina contra Sot.l.1.q.6.art.6.*

Vide *Nau.c.25.num.34. Nec teſtis Salon l.c.q.70.art.1.controu.3.in fine. Nau.c.25.num.51.*

15 Cum pœna imponitur omittenti aliquid ſine determinatione temporis, vt cum dicitur: Qui non reſidet, ſit excommunicatus, requiritur prius monitio.* *Syl.verſ.Pœna.nu.13.*

Si quis lata ſententia, voce actiua, & paſſiua priuatur, ipſo facto priuatus eſt.

De paſſiua eſt communis ſententia: in actiua requiri Iudicis declarationem, ait *Sot.* negant alij *Carbo lib.8.de legibus d.9.poſit.3.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

16 Pœna ſucceſſiua impoſita ſine termino, finiri ſolet decennio: quod ſi vſque ad beneplacitum imponentis, finitur eius morte.

17 Factus amens poſt delictum, non punitur corporaliter, ſed in pecunia.

18 Non poteſt quis priuari beneficio, aut priuilegio, aut ſuſpendi, aut ab eo deponi Clericus, niſi in caſibus Iure expreſſis.

Pœnitentia, vide Confeſſio.

Poteſtas, vide Dominium.

1 QVi poteſt maiora, poteſt & minora, cum eſt eadem ratio, aut maior.

Præceptum, vide Cenſura, Lex, Mandatum, Obedientia.

1 PRæceptum de re leuiſſima non obligat ad mortale, etiamſi, qui præcipit, id velit, niſi quis ſe voto obligaſſet ad omnia iuſſa; tunc enim fortè poſſet etiam in re leui, vt ſi diceret: In virtute obedientiæ, aut quid ſimile.

*Vide *Syl. verſ. Præceptum. num. 2. 3. & Nau. cap. 11. num. 4.*

2 Præcipi non poteſt, vt ſubditus ſibi membrum abſcindi patiatur ob ſanitatem, nec vt reuelet ſuum peccatum omnino occultum.

*Vide *Sum. Obedientia. nume. 4. Sylu. Homicidium. 4.*

Addit. } Duobus præceptis concurrentibus